Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8188
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

michilo forsitan inimicos eorum humiliassem: et super tri
bulantes eos misisse manum meam Et inimici dom
mentiti sunt ei: et erit tempus eorum in secula Et ciba
uit illos ex adipe frumenti: et de petra melle saturaui
Deus stetit in synagoga deorum in medio autem deos
dio autem deos diiudicat Usque quo iudicatis
iniquitate et facies peccatorum sumitis Iudicate egeno
et pupillo humilem et pauperem iustificate Eripite
pauperem et egenum: de manu peccatoris liberate Nes
cierunt neque intellexerunt in tenebris ambulant: moue
buntur omnia fundamenta terre Ego dixi dii estis: et
filii excelsi omnes Vos autem sicut homines moriemini:
et sicut unus de principibus cadetis Surge deus iudica
terram: quoniam tu heditabis in omnibus gentibus An Exulta
te deo adiutori nostro An Tu solus Ps
Deus quis similis erit tibi ne tacueris: neque cam
pescaris deus Quoniam ecce inimici tui sonue
runt et qui oderunt te extulerunt caput Super populum
tuum malignauerunt adusus sunt nuos tuos Dixerunt
venite et disperdamus eos de gente: et non memoretur
nomen israel ultra Quoniam cogitauerunt unanimiter simul
aduersum te testamentum disposuerunt tabernacula idu
meorum et hysmahelite Moab et agarenes gebal
et amon et amalech: alienigene cum habitatibus ty
rum Etenim assur venit cum illis: facti sunt in adiutorium
filiis lothi Fac illis sicut madian et sisare: sicut
iabin in torrente cyson Disperierunt in endor facti
sunt ut stercus terre Pone principes eorum sicut oreb et
zeb: et zebee et salmana Omnes principes eorum qui
dixerunt hereditate possideamus sanctuarium dei Deus

52